

pagina^{a)} sigillique^{b)} inpressione roboramus et irrefragabiliter in perpetuo stabiliendam decernimus et precipimus. Si qua vero perverse mentis et voluntatis persona de cetero huic pretaxate et l[egi]time^{c)} actioni et nostre testificationi vel auctoritati contraire annis fuerit et ad infringendum vel diminuendum vel cassandum se manifestum fecerit, iusto dei omnipote[ntis iudi]cio^{c)} corripatur et ad perficiendum, quod male adtemptavit, enerviter 5 succumbat. Quodsi, quod absit, in sua stulticia et perversitate perdurans fratres predictos inquietare vel molestare non desierit, sciat procul dubio se traditum satane in interitum carnis, donec resipiscat, quod si minime ad perdicionem sui interitum quoque spiritus et anime sine fine recipiet. Actum Sibileibin anno incarnationis dominice MCLXXIII, indictione VII, coram mea ipsius presentia et testibus subscriptis abbate vide- 10 licet Herimanno et Hartungo priore et Gumperto capellano et Hugone de Salza eiusque fratribus Gunthero et Herimanno et Berchthoho de Wangiheim et Adilberto de Witiurde aliisque quam pluribus.

(S.J.)

406.

15

Landgraf Ludwig III. schenkt dem Stifte Jechaburg fünfhalb Hufen und drei Höfe zu Kutzleben.
Weißensee, 1174.

Hdschr.: Kop. Jechaburgense (Saec. XV.) fol. 40. Landesarchiv Sondershausen.

Gedr.: Stumpf, Acta Maguntina 85.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit Christi fidelibus tam futuris 20 quam presentibus, quod ego Lodewicus dei gratia tercius lantgravius doctus ad salutem animarum proficere ecclesias dei ditare et decorem domus ipsius diligere pro desiderio petitioni canonicorum Iecheburgensis ecclesie satisfacere curavi, libera enim et perpetua donacione beate Marie et beato Petro apostolorum principi in Iechaburg ad usum confratrum inibi serviencium quatuor mansos et dimidium et tres curias in Coczeleibin cum 25 omnibus appendiciis suis pascuis agris cultis et incultis aquis et earum decursibus cum omni utilitate, que tam in futuro quam in presenti de predictis bonis provenire poterit, contradidi, quod videlicet hac paccione interposita feci, quatenus eiusdem ecclesie fratres semper duobus pauperibus pro remedio anime mee et patris mei et parentum meorum inde provideant necessaria. Hec sigilli nostri inpressione confirmavimus, ut omni tempore 30 rata et inconvulsa permaneant. Que si quis infringere attemptaverit, anathematis vinculo perpetuo subiacebit. Huius rei testes fuerunt. Clerici. Hunoldus decanus de Iecheburg. Hildebernus et Fredericus et Humbertus canonici. Laici. Reinardus et Udo de Heruersleiben. Berthous de Slathem. Arnoldus de Noiwenburg. Volbertus de Tungeßbrucken et alii quam plures. Sub anno M̄ C̄ LXXIII dominice incarnationis, indictione VII, facta 35 sunt hec regnante Frederico invictissimo imperatore; data Wyßense.

405. a) Auf Rasur. b) q; mit dunklerer Tinte nachgetragen. c) Loch.